

7527 Strevi prope Aquas Statiellas.

P · VLATT · P · F
CALPVRNIA · C · F ·
VXSOR

Sanguineti ms. et app. 33, cui misit Avignonius;
Bruzza ms. vidit.

7528 Aquis rep. a. 1753 in cenotaphio S. Petri.

A P W
///DITARIVS episcOPVS · AQVENSIS
reCESSIT · SVB · D · VII
KAL · FEBR · DyNAMI p. C. 488
5 ET · SIFIDI · VV · CC
CONSVLIBVS

Biorci 1, 111 (inde Gazzera act. Taur. ser. 2
vol. 11 p. 187) ex schedis opinor Moriondi.

4 I · CAL · FEBR · DINAMI traditur. Cf. Rossi inser.
chr. 1 p. LXVIII.

7529 Aquis rep. in cenotaphio S. Petri.

† HIC REQVIESCIT IN PACE
B M MARIA QVI VIXIT
IN HOC SECOLO ANNOS LI
M XI RECESSIT SVB D VI
5 ID IANVAR

Biorci 1, 108 (inde Gazzera act. Taur. ser. 2
vol. 11 p. 191) ex schedis Moriondi.

5 IANVARII traditur.

7530 Aquis rep. 1757 TORRE. Rep. in cenotaphio S. Petri BIORCI. Repperit professor Iosephus Gatti, est in domo Gardini MALACARNE. Est in domo medici Napoleonis Viotti.

⊕
A W

HIC REQVIESCET IN PACE
BENE MEMORIAE DISI
DERIVS COMITIACOS
QVI VIXIT IN SECOLO
5 ANNOS XL RECESIT SVB
DIE III NONAS MARTI sic
CONSVLATO AETI ET p. C. 432
VALERIO VV CC

Contuli. Torre ms. p. 15; liber annalis (*almanacco*) nescio qui citatus a Malacarnio; Malacarne *opere de' medici* 1 (1786) in praef. (inde Marini pap. dipl. p. 266) et *ozj lett.* 2 (1787), 120; Biorci 1, 107; Gazzera in act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 189, qui vidit, sed male corruptit.

Vide de anni nota Rossium 1 p. 295. 581.

7531 Aquis rep. 1868.

B † M
HIC REQVIES
CET IN PACE
VIGILIA H P
5 QVAE VIXIT
IN SECVLO N
P M XGI R · SVB
D · K · IAN · P · CON ·
ETER · M · LONGI
10 NI ET FAVSTI VV p. C. 491
CC IND · XV

Descripsi ad ectypum Genuatibus missum a Denegrio.
Indictio XV coepit a m. Septembri demum a. 491.

XCV. Valles Bormidarum et Belbi.

Inter Bormidam inferiorem et Belbum tituli reperti sunt non multi, alii ad *Villa del Foro* prope Alessandriam (cf. praefationem c. XCI p. 842), alii non longe ab Aquis ad vicos Rocchetta Palafea, Canelli, Sessame, S. Stefano Belbo. Meridiem versus per vallem Bormidae Spignensis viam transisse sive Aemiliam sive Iuliam Augustam ab Aquis ad Vada Sabatia directam praeter itineraria (p. 826), quae stationes ibi ponunt Crixiam et Canalicum sive Calanicum propter numeros admodum perturbatos non satis determinandas, confirmat lapis

miliarius infra edendus repertus Ponti. Tituli prodierunt ad Bormidam Spignensem Spigni, inter duas Bormidas Roccaverani et Tor d'Ussone, ad Bormidam Millesimensem Castini, Monesiglii, Millesimi. Valles superiores magis videntur fuisse aut Albensium aut Bagiennorum quam Aquisium; nam horum tribum Tromentinam cum non habeant nisi duo tituli n. 7540. 7546, Camilia, quae Albensibus et Bagiennis communis fuit, reperitur septies n. 7537. 7543. 7544. 7550. 7551. 7552. 7553.

7532 Fori rep. in campo Raimundi Angeleri.

GEN · PETRON

Burgontio Foro (1741) p. 9 ex Schiavina ut videtur; at in editis Schiavinae (hist. patr. mon. Taur. IV) non reperitur. Fortasse non diversa ab Albensi n. 7596.